

100

Nr. 4.



pag. 651; 4.

154

AUSPICATISSIMA NUPTIARUM
SOLENNITAS
AMPLISSIMI ET CONSULTISSIMI
SPONSI,

DN. JOHANNIS

Wollersheim /

J. V. LICENTIATI
& PRACTICI;

cum
LECTISSIMA ET FLORENTI
VIRGINE

ANNASABINA,

EXIMII ET PRÆSTANTISSIMI
DN. JOHANNIS KRUSEN /
Patritij & Negotiatoris
apud Torgenses Primarij
FILIA, SPONSA,

PIJS
AMICORUM ET FAVORUM
VOTIS

Celebrata Torgæ,
D. XIX. Febr. AC. M. DC. LXVII.

Ex Officinâ Typogr: Johannis Reinhardi.

AK

ALPHABETISMA MPTIARIUM

AMPTIUM ET COMPTIARIUM

SPONSI

DN. JOHANNIS

Belehrer

J. V. LICHTHART

& PASTOR

CON

LECTISSIMA ET FLORENTI

VRGINE

ANNA SABINA

EXMI ET RESTANTISSIM

DN. JOHANNIS

PASTOR & NEGOTIARI

SPUS TORGENSIS PASTOR

TRIA SPONS

III

ARGORUM ET LAVTORUM

VOTIS

Celebris Torge

D. XIX Febr. A. M. DC. LXXII

Ex Officina Typogr. Johannis Reinhardt.



Varitur, an melius, sit nubere, an ignibus uri?
 Explicat hic mentem, Pagina Sacra Dei:
 Omnino est melius, fieri cum laude | MARITUM,
 Ignis quam vetitos volvere corde modos. | MARITAM,
 Recte ergo facitis Neonyphi, accendere tadas,
 Dum nunc eligitis. Prospera cuncta precor!

M. FRIDERICUS SCULTETUS
 Ecclæs. Torgensis Archi-Diaconus,
 & p. t. Vice Superint:

Ulm venis ad tadas ante annum, Sponse, Jugales.
 Quas nata hic fecit Mysta sacer Domini.
 Immemor atq; tui velut oblivisceris: Ecce!
 Non oblita tamen diva Proœna tui est.
 Filia Jahn Crusii nunquam fuit ante ea visa
 Sed provisa Deo sistitur; Ergo capis.
 Hinc fatis apparet fieri connubia Fatis
 Divinis, votis quæ potiora tuis
 Summe Deus, Sponsis da fata secunda novellis
 Turbet & hos Interjectio nulla mali.
 Georgius Am Ende /
 Eccl. Torg. Diaconus.

Non est de nihilo, Veteres sic quando profati:
 Sat dotata venit, quæ sine labe venit.
 A 2 Plu-

Pluribus at verò si jam virtutibus aucta
SPONSA venit, quæ non gaudia, SPONSE,
dabit?

M. Petrus Ristenmacher / Eccl.
Torg. Patr. Symmysta.

OB modò collatos titulos, ob nobile nomen
Juridicæ Laurus, quod Witeberga dedit,
Plausimus unanimes Tibi WOLLERSHEIMIO,
& omnis

In sua cœlestem vota vocavit opem,
Ad CRUSI triplices Amor huc accedere Dotes,
Quod trahit, optatis ut potiare tuis.
Ingemino plausus, & prospera vota propino:
Juret in optatum Terra polusq; thorum.
Gloria ceu cupidum fodicavit nobile pectus:
Sic Sponsa hæc voti summa parata tui est,
Gloria vicit; Amor vincet; victoria erit par:
Quæq; triumphali te vehet alba rotâ.

Gratulabundo calamo
fundebat

M. Jacob Reichmann Rector.

Quæ editam latè furore Martio
Annis adhinc triginta STRAGEM CURIÆ
Adhuc vel anxio gemat sub pectore
Disjecta non levi Weinâ Patria,
Cordatiorum nemo forsân iverit
Nobis negatum; sed LEVAT CLADEM, suo
Parentis instar hæctenus quam molliter

Fovit

Foyit sinu, SORTIS SECUNDÆ FILIA.
HÆC namq; PERMAGNÆ datur SPEI GENER,
PRÆTORE denuo graviq; CONSULE
Rempubliam auctum iri, Menti civium
INGENS Bono FULTURA demum qui fiet.
Hinc & salutis cura quos tangit suæ,
Tantam citi præ se ferunt lætitiã
SIC AUSPICATIS gratulando NUPTIIS.
PONDUS SUUM VOTIS INESSE DET DEUS!

Prærogativi om̄inis ergo appon.
M. Donatus Roll.

Sic licet, LICENTIATO, Jurium Volumina
Hinc & inde doctiore lætitare lumine,
Sanctiones & Digesta dexterã revolvere
Cautiore, quò Clienti stet Patronus optumus:
Quid Tuis, LICENTIATE, quid potest conatibus,
SPONSE, quum Digesta præstent digniora, obsistere,
Immò Codex obvolutus? Hunc revolvat sensibus
Intimis; Adclamo lætus FAUSTITER! FELICITER!
Sic faustis avibus lubens meritoq; ad
cinere voluit - debuit

M. Johannes Rothe /
Schol. patr. Con-R.

Conjugium felix sit, non fervida vota
Præstant id tantum, sed pia vita beat.
Quare jam, voti vice, Nuptis, sæpè probatum
Consilium, vobis, hoc mihi ferre libet:
A 3 For-



Forſitan incautè ſi quid foret haſtenus actum,
Ob quod juſta pij nunc fremat ira Dei,
Antè animo graviter trito delicta dolete,
Conſcia quæ vobis, protinus exuite;
Et veræ fidei ſanctos quoq; jungite fructus;
Juſſurus tunc eſt, omnia vota, Deus,
Ut rata ſint vobis Sponſis, & grata novellis,
Sic Wollersheimi, Sponſa petita placet;
Sic quoq; durabit tam ſancto foedere junctus
Perjucundus amor; cunctaq; facta benè

Ita ex animo conſuluit

Jacobus Petsche / Cantor.

SI pia fata regunt Connubia: Si quoq; gaudent,
Unâ concordēs vivere carne duos:
Dent, duo vos ut ſitis in unâ carne cor unum;
Regnet in amborum cordibus unus amor.
Sic pax aurea, ſic aderit concordia conſtans.
Accidat hæc Sponſis, pectore & ore precor.

Heinricus Meſſerſchmiedt / Sch.
Torgens. Collega.

QVam verum eſt illud: Dat Juſtinianus honores,
Gaudeat ut docto Iure peritus homo.
Exemplo teſtatur idem jam Sponſus honorus,
Quem decorat gemino Iure verenda Dice.
Cui Venus adplaudit, Sponſam dum jungit amandam,
Scilicet ut poſthac CORPUS UTRUMQVE premat
Adnuite, ô Superi, SPONſIS, ut pronuba Iuno
Rideat his quando Continuatur opus.
Melchior Röber Schol. Torg. Collega.

In Honorem Amplissimi

DN. SPONSI SPONSÆq;

GAMICA ACROSTICHIS.

Jubilo & interius pertentant gaudia pectus,
Addite vestra, peto, júbila lata meis.

Omnipotens genitor qui perspicit omnia solus,
Numine quiq; suo cuncta potente regit;

Hic, ut haberet homo comitem sociumq; laborum,
Non homines alius junxit amore tori:

Aut ejus gremio curas imponeret omnes,
Ac ejus dulci posset amore frui:

Namq; suo conjux gaudetq; doletq; marito,
Sæpe viro multi fit medicina mali,

Nec non præprimis juncti vir & uxor amici
Ac navant operam vir mulierq; suam

Ecce! Mañebit homo solus sine conjugis usu?
Barbaries voluit: Non ita vivet, ait

Solus qui mentis scrutatur acumen, & imos
Insinuat cordis lumina ad usq; sinus.

VV Lt hic mortales etiam progignere prolem:
N Os magis hæcce movent quæ DEO ip-
se refert.

O Mine jamq; sacro sociali fœdere junctis
A Nnue, Sancte DEUS, da bona cuncta tuis.

L Ustra, Christe, peto, divini, lumine Flatus
C Orpora, nam solus fulcra salutis habes.

L Audabunt omnes pretiosaq; texta dabuntur;
R Ursus & hi Domino cantica sacra canent.

E N! nova cantabunt merita præconia laudis!
A C tollent plausu nomen ad astra tuum.

R Ex DEUS est justus, clemens, pius atq; benignus.
V T superet meritis vestra petita suis:

S Eq; adeo facilem præbet pietate parentem,
S ubjicit hic vobis totius orbis opes.

H Ostibus est vestris hostis, quos vindicat ens
I pse, suâ verò morte tuetur oves.

E Xcelso è folio fortissimus ille DEORUM
N E noceant hostis bella manusq; videt

I lle bonis adeo vos provehet omnibus auctos
N Ec vobis quicquam decrit. Euge bona!

Munc-

Ecce soror dextram sociali foedere jungis!
Jamque tibi frater grata vovere vocor
Quid voveam? videas Sobolemque, virumq;
perennem,
Te videant Salvam, virque, Parensque Soror.

His Sorori suæ gratulari
voluit.

Johannes Henricus Krause /

Vive vigeque Soror charo cum conjugè Salva!
Ut videas Sobolem: vive vigeque Soror!

Johannes Casparus Krause /



Du

Du
geneinte
Schwester = Junfft /
Muff!
erhebe
Die Vernunft /
und erdichte schöne Lieder /
Nach dem ein werther Musen Sohn
nach wohl verdienten Tugendlohn
Die längst erwündte Ruh der Glieder
In seiner Liebsten Armen haben kan.
Wohl dem / der nach Erforschung hoher Sachen
Bey einem Seelchen sich kan Lustig machen.
Wohl Ihm / Er ist ein Hoch beglückter Man!
HERZ BRAUTIGAM / Er kan es sagen
Daß es auff solche Maße heut /
in dieser Freuden vollen - Zeit /
sich mit Ihm hat zugetragen /
Drumb ist Er beglückt /
Weil es sich geschickt /
Wornach Er gestrebet /
Das hat Er erlebet /
Der Himmel erfrew Ihm mit ewiger lust /
Er regne mit lauter ersprießlichen Seegen
auff Ihn / vnd die Seinen / auf Wegen und stegen /
Damit ja Kein vnfall Ihm werde bewust!

Mit diesen geringen Becher
Wolte den Herren Bräutigam
Glückwünschent verehren.
G. A. Fischer
von Erffurd auß Thür:

[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through from a previous page. The text is illegible due to fading and the texture of the paper.]



21. Nov. 1967

-9. Aug. 1982

78 M 355 (1)


ULB Halle 3
002 188 791



SB

VD 77
VD 78





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
B.I.G.
Farbkarte #13



MA NUPTIARUM
ENNITAS
ET CONSULTISSIMI
ONSI,
ANNIS
sheim/
ENTIATI
CTICI;
m
T FLORENTI
INE
SABINA,
TANTISSIMI
KXNUGEN/
egotiatoris
es Primarij
ONSA,
ET FAVORUM
S
Torgæ,
M. DC. LXVII.
Johannis Reinhardi.

AK

